

Cap. VIII. Rubrica de dacio peçatorum vendendo. Et per quem modum debet exigì.
R.ca.

- 5 **O**rdinamus quod datium peçatorum surgi et alterius bladi
quod portatur extra civitatem Tergesti incantetur et
incantari debeat omni anno quindecim diebus antequam ven-
datur, et in capite dictorum quindecim dierum deliveretur
super ¹⁾ scalis palatii comunis plus offerenti, et emens habeat
ipsum dadium et teneat et exigat per unum annum completum,
10 incipiendo a die secundo mensis aprilis in antea usque ad con-
plementum ipsius anni, et solvere debeat precium emptionis
ipsius dacia in fine omnium quatuor menssium pro rata ipsius
precii, et dare bonam et ydoneam securitatem de solvendo ut
in statuto // de venditione continetur. ¶ Et quelibet persona 252 A
15 emens surgum in civitate Tergesti sive in portu comunis vel ²⁾
extra, causa ipsum portandi extra civitatem Tergesti, solvere
debeat eidem daciario sex par., scilicet quatuor pro peçato et
duos pro mensura pro quolibet stario. ¶ Et quod quelibet per-
sona que conducere vel conduci faciet aliquam quantitatem
20 surgi vel alterius bladi, de quo solvitur pro peçatis, conducto
et descarigato ipso surgo sive blado in civitatem Tergesti,
causa ipsum vendendi vel incanevandi, solvere debeat et
teneatur eidem daciario unum sold. par. pro quolibet stario
incontinenti cum fuerit mensuratum, et quod nulla persona
25 recusare possit solvere dictum dadium, sub pena centum sold.
pro qualibet persona contrafatiente et vice qualibet contra-
facta. ¶ Et quod, si qua persona recusaret solvere dictum
datum, quod ille qui dederit eidem domum, in qua esset po-
situm dictum bladum, solvere teneatur eidem daciario dictum
30 dadium unius soldì pro stario sub dicta pena.

¹⁾ sub. ²⁾ Aggiunta marginale.